R

Instituta primi capituli. Precipimus ut sani cum sanis in dormitorio
dormiant. infirmi cum infirmis. et singulis noctibus post
moderata circatione habita. claudatur dormitorium. clauso
dormitorio quicumque pulsando fratres inquietauerit. prima
sequenti die ad arbitrium capituli presidentis peniteat.

Clausuras singulares in omnibus locis prohibemus.

Occasione nulla se nemo uel canonicam horam uel capitulum negligat.

Silentium in oratorio. claustro. dormitorio. refectorio. secundum
regularem consuetudinem diligentius obseruetur. Transgressores
die prima ad arbitrium prioris puniantur. nisi forte per incep-
tionem uel obliuione unum uel duo uerba atque proferant.

Extra septa claustri nullus absque licentia abbatis uel prioris
egrediatur. Transgressor ad arbitrium in capitulo presidentis
puniatur. Officiales excipimus.

Si qui ad disciplina regulari appellauerint a monasterio proici-
antur non recipiendi nisi ad arbitrium rectoris uel uisitatoris.
eiectus si exire noluerit quamdiu in claustro aduiuus absti